

Ab. 127.
29.



DISPUTATIO VIII.

DE SERVITV-
TIBVS PERSONA-
LIBVS;

Quam

Favente Deo

P R Æ S I D E

ORTOLPHO FOMANNO


V. I. D. & P. P. P.

in inclyta Salana

v. Calend. Septemb.

Publicè defendere conabitur

Godefridus Georgius Cuno
Ottingensis.



J E N Æ

Typis Tobiz Steinmanni,
ANNO M. D. IC.



CLARISSIMIS VIRIS

Dn. CVNRADORIT
TERSIVSIO IVRIS.
consulto & Antecessori;


NEC NON

Dn. GEORGIO GLA-
CIANO ORATORI CE-
leberrimo Professoribus Altorphinis,

*Dominis ac Praeceptoribus suis summa
observantia colendis,*

Perpetuae gratitudinis ergo hasce
theses dedicat

Autor & Respon-
dens.





I.



Susfructus est ius alienis rebus
utendi fruendi salva rerum substantia.
Isque est servitus personalis, idcirco
pars fundi dici nequit.

lib 3 c. 39 f 7 v 507
lib 3. c. 33 f
100

II.

Cumque ususfructus in aliena re
constituatur, sequitur istam Dd. divisionem, qua
usumfr. in Causalem & Formalem dividunt, à vete-
rum Iurisconsultorum traditionibus alienam esse.

lib 3. c. 39 f 9

III.

Ususfructus pluribus modis constituitur: Aut
enim à lege, vel à iudice, vel à domino.

Efficiens
causa

IV.

A lege; veluti cum pater in adventitijs filij, bo-
nis, quamdiu vivit, in totum. De iure Sax. donec fi-
lius se à patre separet. In emancipati verò præmij
loco pro dimidia parte usumfr. tenet. Sicut & fæmis
na ad secunda vota transiens ex bonis mariti prioris,
quæ ex successione filij prioris matrimonij habuit,
usumfr. assequitur: De jure quoque acquiritur usumfr.
usucapione.

V.

A iudice: qui in familiæ erciscundæ & commus-
ni dividendo iudicij alteri rem, alteri eiusdem rei
usumfr. adiudicat. A domino: vel inter vivos con-
ventionibus, vel ultimis voluntatibus.

lib 3. c. 33 f
87

Treutl. vol. 1. Sup 16 th. 3

A 2

Quibus



VI.

Quibus vltima voluntate coniunctim relictus est vsumfr. inter eos locum habet ius accrescendi: Hinc quæritur, an in contractibus ad crescendi ius admittatur? N.

VII.

Triplici autem modo dicitur fieri coniunctio: aut enim re & verbis simul, aut re, aut verbis tantum.

VIII.

Re & verbis iunguntur, qui eadem oratione simul ad eandem rem vocantur: veluti Titio & Sempronio fundi Tusculani vsumfr. do lego.

IX.

Re coniunguntur, qui verbis quidem disiuncti re copulantur: ut, Titio vsumfr. fundi do lego: Seio eiusdem fundi fructum do lego,

X.

Verbis tantum coniunguntur, qui ad eandem rem expressis & discretis partibus individuè coniunctim oratione invitantur, ut, Titio & Mævio vsumfr. æquis partibus do lego.

XI.

An autem inter verbis coniunctos ius ad crescendi denegetur, in dubium vocatur? N.

XII.

Atqui Re & Verbis coniunctus omnimodo cæteris præfertur.

XIII.

Quid si re tantum coniuncti cum verbis tantum coniunctis concurrant? Par eorum jus erit.

XIV.

Quæritur etiam de filiof, si nimirum ei & Seio vsumfr.

S
7

*in sum
vsum*

ususfr. fundi sit relictus, an mortuo filio accrescendi-
us Seius habeat, an verò & patris mors capitise di-
minutio inspiciatur? Quod magis est.

XV.

Tam autem rerum soli, quàm mobilium, imò &
omnium bonorum, modò dodrantis æstimatio ha-
beatur, ususfr. esse potest.

1163. c. 23 f 5
Materia. 1163. c. 1.
33 f. 91.

XVI.

Hinc quæritur, An omnium bonorum usufructu
relictò, etiam futurorum bonorum post testamen-
tum acquiritorum ususfr. legatus videatur? An item
huiusmodi usufructuarius ad æs alienum solvendum
teneatur? Quod non putamus.

XVII.

Quamvis autem earum rerum tantum verus ususfr.
constitui possit, quæ usu non consumuntur: Utilitatis
tamen causa, SC. effectum est, ut in ijs quoque rebus,
quarum usus in abusu est, quasi ususfr. cedi possit.

1163. c. 1. 33 f. 21
Q. luy

XVIII.

Vnde quæritur, an vestimentorum verus ususfr.
sit necne? Distinguendum: si vestimentor. ususfr. si-
cut quantitatis legatus, eorum quasi ususfr. est; alio-
quin si ut corporis relictus est ususfr. vestimenti, pro-
prius erit ususfr.

1163. c. 2. 33 f. 31

XIX.

Porro ultima voluntate usufr. relictò sola volun-
tas defuncti sufficit: conventio verò inter vivos tradi-
tionem desiderat. Constitui potest ususfr. vel purè, vel
sub conditione, vel ex die, vel ad diem, pro parte vel
divisa vel indivisa. Quo in loco quæri solet, num
ususfr. & usus sit dividuus? Illud aff. hoc neg.

1163. c. 1. 33 f. 31

FORMA.

XX.

Antequam verò ususfr. à proprietario tradatur,

A 3

usufru.



S
P

1163. C. 1. 33 f 10

usufructuarius cautionem præstare tenebitur, se boni viri arbitrato usurum, & usufr. finito restitutum rem, quam accepit eandem. Sin verò quasi usufructuarius fuerit cavebit, se extincto usufr. restitutum rem eiusdem generis vel æstimationem.

XXI.

1163. C. 1. 33 f 33

Juratoria igitur cautio non sufficit, nisi fructuarius ob inopiam fideiussoriam cautionem præstare nequeat, & sit homo non suspectæ fidei.

XXII.

Quæritur, an & à testatore juratoria remitti possit? Et non posse cum Gailio adserimus.

XXIII.

1163. C. 1. 33 f 11

Estne igitur de substantia usufr. ea cautio? Quoad proprium non esse, in quasi verò usufr. omnino esse defendemus.

XXIX.

1163. C. 1. 11

Si fructuarius in hereditariarum rerum possessionem, ante præstitam cautionem venit, an fructus perceptos suos facit? Distinguimus cum Gailio.

XXV.

Effectus.

Si usufr. vel usus testamento relictus dies eius cedit non à morte testatoris, vt legata, sed ab adita hereditate. In annuis legatis, sive usufr. legatus sit, sive res alia, plura sunt legata, primi quidem anni purum, sequentium conditionale.

XXVI.

Ad constituendum autem usufr. actio personalis ex testamento vel contractu adversus heredem, aut eum, qui promisit, competit. Vnde eos, si moram in tradendo fecerint, in id, quanti eius interest, moram factam non esse, obligatos habebit.

Acquisito



lib. 3. c. 33 f. 87

XXVII.

Acquisito verò usufr. contra impediētem actio confessoria prodita est. E diverso Negatoria domino fundi datur ad libertatem prædio adstruendam.

XXVIII.

Ac servitute acquisita omnes fructus omnisque utilitas & quicquid ex ea re percipi potest, ad fructuarium pertinet. In adventitijs filijsfam. num & partium metallicarum proventus ad patrem spectabit? A.

XXIX.

Insula tamen juxta fundum in flumine nata, & partus ancillæ ad fructuarium non pertinet. An & thesaurus in fundo repertus excipitur? Hunc dominus cum proprietario dividit.

XXX.

Fructuarij autem non sunt fructus, nisi eos perciperit. Idcirco licet fructibus maturis, nondum tamen a solo separatis, quis decesserit, ad heredes eius non pertinent, sed domino proprietatis acquiruntur. Sed de jure Sax. quicquid fructuarius consevit, heres percipit.

XXXI.

Quid si alius fructuarij nomine separaverit, vel fructus nondum in horreum reconditi? Nihilominus erunt fructuarij.

At 1618 f. 73 in cens. 27

XXXII. *Se castione vid lib. 3. c. 33 f. 70*

An fructuarius rem usufructuariam locare, vendere, donare, pignori dare potest? A. *lib. 3. c. 33 f. 50*

XXXIII.

Opus novum an fructuarius nunciare poterit? N.

XXXIV.

Quæri etiam solet an usufructuarius possideat, *lib. 3. c. 33 f. 110* numq.



D. Branch cent. 1. ast. 90

numque servitutum fundo debitam vindicare possit?
Prius A. Posterius N. *lib 3. c. 1 33 f. 117*

XXXV.

Poteritne ædificium ad reponendos ususfr. necessarium extruere, & servitutum fundo imponere?
Iud A. Hoc N. *N. 1. ad f. 117. p. 111 40 1610*

fructus

XXXVI.

Quoniam autem omnes fructus fructuarij sunt, æquissimum est, ut ad eundem impensæ & refectio modica pertineat; ut tributa, vectigalia &c.

*im. & magna
sed eas reponit
lib 3. c. 1 33 f 54*

XXXVII.

Sed & in locum demortuarum arborum & vitium alias substituere, gregem ex natis supplere & mancipia alere tenetur.

XXXVIII.

Affinis est huic servituti usus, quia iisdem modis constituitur & finitur: sed minus iuris est in usu, quam in usufr. Illic enim ad victum & utilitatem saltem quotidianam pertinentia acquiruntur.

similia.

XXXIX.

Constituuntur etiam habitatio & operæ servo- rum eodem modo, quo ususfr. & eadem commoda accipientibus tribuunt: sed in amissione est dissimilitudo, quia non utendo & capitis diminutione non amittuntur.

lib 3. c. 1 33 f 5

d 1 33 f. 79

XL. *d. 1 33 f 125*

Amittitur ususfr. interitu rei, consolidatione, non utendo, capitis diminutione, morte fructuarij, vel civitati si relictus ususfr. elapsus 100. annis. Num & annua legata civitati debita centum annis prescribuntur? N.

Pugnantia

lib 3 c. 1 33 f 124

F I N I S.

Kc 3192

8^o


(X2217985)

VO 12

MC








B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO VIII.

DE SERVITV-
TIBVS PERSONA-
LIBVS;

Quam
Favente Deo
PRÆSIDE

ORTOLPHO FOMANNO

V. I. D. & P. P. P.
in inclyta Salana
v. Calend. Septemb.

Publicè defendere conabitur

Godefridus Georgius Cuno
Ottingensis.



J E N Æ

Typis Tobiz Steinmanni,
ANNO M. D. IC.

